



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis**

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Complectitvr Mysteria Diuinitatis, Trinitatis, & perfectionum Dei: ac  
de beneficiis eius in homines, naturalibus & supernaturalibus

**Puente, Luis de la**

**Coloniae, Anno M.DC.XII.**


Med. 37. De Vocatione, qua Deus vocat homines ad ingrediendum  
Ecclesiam suam, & Iustificatonis gratiam accipiendam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-38214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-38214)

i Isaiæ 8. 4.

stulisti à me culpam, & tua gratia me iustificasti, vt scirem reprobare malum, & eligere bonum. adhuc loqui non sciebam, quando tua omnipotentia i *abstulit fortitudinem Dæmasci*, hoc est Dæmonis, expellens eum à possessione quam acceperat à die conceptionis meæ. Conserua me Domine in Ecclesia tua militanti, ita pugnanti, vt perueniam ad triumphantiem, in qua te fruam ia æternum, Amen.

**MEDITATIO XXXVII.**  
**DE VOCATIONE QVA**  
**VOCAT DEVS ad Ecclesiam & ad**  
**Iustificationis gra-**  
**tiam.**



IRCA altissimum hoc VOCATIONIS beneficium, sex sunt perpendenda; in quo scilicet ea consistat; qua bona è Cælo adferat; per quam diu dirigatur: ad quos se extendat; quamdiu duret; & quibus nominibus ad eam audiendam astringamur.

**PVNCTVM I.**

**PRIMVM** ergo considerandum est, quod **VOCATIO** sit inspiratio quædam & illustratio Spiritus sancti, qua ille cor peccatoris

Trid. Sess.  
6. c. 5.

toris

toris tangit, & mera sua gratia, absque vllis  
 meritis illum præuenit, excitat, adiuuatque vt  
 conuertatur, & gratiam iustificationis obti-  
 neat. sine tali itaque vocatione non potest  
 proprijs viribus aut Ecclesiam intrare, aut à  
 peccato exire. quamobrem dixit ipse Chri-  
 stus: *a nemo potest venire ad me, nisi Pater meus* a Ioan. 6. 44.  
*traxerit eum.* & sicut Lazarus in sepulchro  
 mortuus perperuò mansisset, donec in pulue-  
 res conuerteretur, nisi Christus voce magna  
 clamasset, dicens; *b Lazare veni foras;* ita ego b Ioan. 11.  
 æternum manerem in meis peccatis, nisi me 44.  
 vox diuinæ inspirationis vocaret, & iuaret  
 ab eis exire.

Ex hoc intelligitur, quòd vocatio & inspi-  
 ratio Diuina, sit vnicū Spiritus S. instrumen-  
 tum, ad amplectenda omnia media nostræ san-  
 ctificationis: Illa enim adfert nobis è cælo do-  
 num FIDEI, *c sine qua impossibile est placere* c Hebr. 11. 6.  
 Deo; & virtutem SPEI, per quam inerat salus, d Rom. 8. 24.  
*(d Spe enim salui facti sumus;)* & Spiritum TI-  
 MORIS, qui *e expellere incipit peccatum: nam* e Eccl. 1. 27.  
*qui sine timore est, non poterit iustificari;* dolo-  
 rem quoque & CONTRITIONEM, quæ cor  
 frangit, ob Deum offensum; & ignem CHA-  
 RITATIS, quæ omnem culpam nostrarum  
 scoriā consumit; splendorem denique, Di-  
 uinæ GRATIÆ, quæ ab eis nos purificat ac  
 mundat. Illa est sementis, qua generamur  
 per Baptismū in Esse filiorum Dei; quod Esse  
 amittamus, etiam ipsa vocatio est sementis  
 ad illud per poenitentiam recuperandam.

2. Tim. 1. 9

Quod vocationis beneficium, nobis absque proprijs meritis datur; iuxta illud Apostoli: *Qui nos vocauit Vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, qua data est nobis in Christo IESU.* O Deus aeternae; gratias tibi pro immensa beneuolae tuae prouidentiae liberalitate, qua nobis mittis de Caelo *g*omme datum optimum & omne donum perfectum, quod descendit a te Patre luminum; nisi tu me vocasses, nunquam à morte resurrexissem; & nisi tua inspiratio me praeuenisset immeritum, iam ego meritas poenas dedissem. Qui igitur sola tua misericordia me vocasti, per eam supplico, ut me adiuues, ut sanctae tuae VOCATIONI dignè respondeam, Amen.

g Iacob. 1. 17

## PUNCTVM II.

I.

S. Greg. homil. 36. in Euang.

**D**EINDE consideranda sunt aptissima illa media & admiranda, per quae DEVS dirigit VOCATIONEM hominum, quosdam enim vocat per Concionatores, aut Confessarios, aut per Colloquia & Conuersationem cum pijs personis; alios per Lectionem piorum librorum; aut bona exempla, quae in alijs vident; quosdam trahit per aduersitates & calamitates, alios per prosperitates & beneficia; quosdam vocat per viam ordinariam, permittens rerum naturalem cursum; ex quarum exitu, occasionem accipit ad eos vocandos & con-

uertent

vertendos; alios vocat per media extraor-  
dinaria & prodigiosa, adhibens suam om-  
nipotentiam ad eos reuocandos. Sunt e-  
nim incredibiles amoris vires, cum iun-  
gitur potentia: & quoniam Deus homines  
diligit infinite, amor omnipotentiam per-  
mouet, vt *miris modis* vocet eos, trahatque ad  
suum obsequium.

S. Greg.  
Nazianc.  
in sua vita,  
quam scri-  
psit metri-  
cè.

QVORVM omnium clarissima sunt exempla  
in Scriptura sacra, præcipuè in sancto Euan-  
gelio, vt constat ex vocationibus & Para-  
bolis, quæ in hunc finem fuerunt allatæ in  
tertia & quinta parte. Quæ omnia mihi ipsi  
applicans, attendam quantum fuerit Dei er-  
ga me beneficium, quod lapsum in graua  
peccata, mille viis ad poenitentiam voca-  
uerit: Nunc a *sepiendo viam meam spinis*, &  
duerficatibus, vt *reuerterer ad virum meum*  
*superiorem*, ipsum videlicet Dominum; nunc b  
*in funiculis Adam & in vinculis charitatis* &  
beneficiorum, vt me totum seruitio ipsius  
manciparem; Nunc repentinis inspirationi-  
bus reuocans mihi in memoriam mortem, iu-  
dicium, infernum, gloriam, & alia innumera  
motiua, quibus cor meum cõtinuè *compulsabat*,  
vt *aperirem*. Et quamuis sæpè cum indigna-  
tione repulerim, & sæpè aliàs postquam ad-  
missi ex corde meo expulerim; ille nihilomi-  
nis pulsando persistit, donec iterum illi ape-  
riam, vt gratiam & amicitiam suam mihi tri-  
buat. O Pater amantissime, quas tibi referam  
gratias pro hac tanta de me solitudine! Be-

S. Aug con-  
tra iudas  
Epist. Pelag.  
c. 19.

a Osea 2. 6.

b Osea 11. 4

c Apoc. 3.  
20.

Cant. 5. 2.



nedicta sit misericordia tua, quæ providentiam tuam ita vrsit! per eam supplex te oro, vt pergas in incepto, vt vitam consequar æternam. Amen.

II.

SECUNDÒ perpendam, nullum esse in mundo hominem, quem Deus Dñs noster, vna aut alia via non VOCET; quia oēs infideles cuiuscunque sectæ; & in quocunque sint loco, siue angulo mundi, omnes sub eius providentia sunt. Et quoniam sol iustitiæ Christus, pro omnibus fuit ortus, eiusque doctrina descendit de cœlo pro omnibus, & pro omnibus ædificauit domum Ecclesiæ suæ, in qua posuit sacramenta, idcirco vocat omnes, nunc per dicitur lumen naturalis, eos excitans ad vitandum malum, & sequendum bonum; nunc speciali sua illustratione d *illuminans omnem hominem venientem in hunc mūdum*, per vsum rationis; desiderans vt ipsius diuinam gratiam suscipiat, & postea perueniat ad gloriam, vt ostendit S. Petro in e *visione lintei illius magni quod submittebatur de cœlo*, vt in quinta parte est explicatum; Quia verò multi hoc beneficium non agnoscunt, pro illis ego eum glorificabo, à quo ipsi illud accipiunt. O*terna Sapiencia, quæ fin plateis das vocem tuā, in capite turbarum clamitas, in foribus portarū vr̄bis profers verba tua*, dicens transeuntibus, vt ad domum tuam declinent, & g *panem tuū comedant, & vinum bibant*. Gratias tibi ob altissimam hanc providentiam, qua illos vocas, rationes adeò apertas illis ad ferens, vt eas in-

d *Ioan. 1. 9.*e *Act. 10. 11*

Med. 32.

f *Prem. 1. 20*g *cap. 9. 5.*

telli-

elligant; adeoque efficaces, quæ illos ad ingrediendum permoueant. Utinam omnes tibi obedirent, ut scholam tuam ingressi omnes, peruenirent ad æternam vitam Amen.

## III.

TERTIO perpendam, hanc prouidentiam erga omnes homines, perseverare toto tempore vite ipsorum, neminem ita omnino deserens, ut necessaria ad eius salutem media illi denegat, quin potius tanquam bonus h *Paterfamilias* *h Mat. 20.2* *primo mane* scilicet in iuuentute exit, ut *numquam* vocet; quæ si resistit, exit *hora tertia* *sexta, & nona, & ipsa etiam undecima*; ut per omnes ætates usque; ad senectutem non casset unquam; vocare, etiam cum est proximus morti; in quacumque aut hora & puncto vocem clamantem audiuerit, ad suam eum amicitiam admittit. Et quis induratis in suo peccato, denegare solent speciales fauores, quibus eorum corda emolliantur; & propterea dicatur eos deserere; nunquam tamen sufficienter vocationem illis denegat, & media necessaria ad eorum iustificationem.

## IV.

Ex hoc accipiam documentum, nunquam diffidendi de salute alicuius peccatoris, quantumvis improbi, & multo minus de mea, quantumvis abiecto me videam animo; quia ego & omnes semper sumus sub diuina prouidentia, quæ nos sub sua protectione tenet; & qui hodie rebellis est, eras forte tanta efficacia vocabitur, atque latro bonus, ut siue ex cruce, siue ex lecto suo pueniat in Paradisum. Nihilominus non deo ita esse negligens & incurius, ut totum diuine prouidentie committam. Si enim non coner-

diu-

diuinæ vocationis obicere remouere, deceptum me fortè inueniam, quamuis Deus non decipitur: nã semper assequetur finem principalem suæ gloriæ, aut me iustificando, si consentio; aut castigando, si resisto. O Pater amantissime, cuius prouidentia duo habet suæ gubernationis brachia; alterum misericordiæ, vt beneficiat iis, qui se ipsi subiiciunt ac dedunt; alterum iustitiæ, ad castigandos pertinaces; *i pone sub capite meo lauam tuæ iustitiæ, & dextera tua amplectetur me*, timore tuorum suppliciorum me ita sustentans, vt tibi nõ resistam; animans verò spe tuorum donorum, vt obediam tibi, tuæque gubernationi me totum subiiciam, in æternum. Amen.

i Cant. 2. 6.

## PUNCTVM III.

Cur sit vocationi diuinæ acquiescendum.

**E**X prædictis omnibus colligam varios titulos & nomina, quæ me obligant ad celeriter audiendam diuinam vocationem, quando me vocat Deus, vt exeam à peccato, & à tepiditate in agendo: quæ nomina reducam ad sex.

- I. PRIMVM est propter infinitam VOCANTIS me Domini, ad sibi seruiendum EXCELLENTIAM non enim vocat, quod me indigeat, sed quòd ego ipso Domino indigeo, & quòd ipse delectetur benè mihi faciendo, quia ipse bonus est, & in ipsum confluunt omnes rationes, quæ obligare me possunt ad ipsius vocem audiendam; cùm nihil sit æquius rectiusque,

quam

quàm vt creatura suum audiat Creatorem, subditus Regem, seruus Dominum, filius Patrem, agrotus Medicum, discipulus Magistrum, & captiuus suum Redemptorem.

SECUNDVS titulus aut nomen est, infinita penè VILITAS eius, qui VOCATVR; cui valde est honorificum, quod eum dignetur Deus vocare, & ipsius opera vti, qui potius dignus est, quem Deus deserat ac patiat in abyssis marum miseriarum hærere.

TERTIVS titulus est propter infinitam PECCATI miseriam, à quo Deus vult me liberare, & ex peiori statu educere, quàm sit ipse inferus, quod attinet ad huius poenam, vt suo loco est dictum.

QUARTVS est propter infinitam PRÆSTANTIAM bonorum, ad quæ me Deus VOCAT: siquidem inuitat me ad recipiendam vitam gratiæ, pulchritudinem virtutum, & pacem, quæ exsuperat omnem sensum, dona & gaudia Spiritus S. & ipsummet Spiritum donorum largitorem, cum arrha, quod postea me vocabit ad fruendum bonis æternis ipsius gloriæ.

QUINTVS propter aded BENEVOLVM motum, quo me VOCAT; vtens tot medijs internis & externis, quibus emollit cor meum, & allicit ad audiendum, atque si sua referret, quod maximè refert mea.

SEXTVS titulus propter DAMNA grauissima, quæ euenire mihi possunt, si resistam diuinitati vocacioni. Si enim semper ei obfurdicam,

II.

III.

IV.

*P. r. Med. 6.**P. 5. Med.*

22.

V.

VI.

P. 3 Med 56

Luc. 14. 24

cam, erit certa mea eterna damnatio, sicut fuit  
eorum, qui inuitati ad cœnam venire omninè  
recusarunt; de quibus dixit, qui illos inuitauit,  
quod a nemo illorum esset gustaturus nunquam  
eius cenam.

In eisdem sex titulis apparet manifestè hu-  
ius beneficii præstantia. Idem autem tituli &  
causæ, quæ mouent ad audiendam diuinam  
vocationem, mouent quoque ad glorifican-  
dum Deum, ob gratiam hanc, qua me vocauit,  
& iuuuit vt audirem. O Deus æternæ gratias ti-  
bi, ob aded præstans beneficium; quod co-  
nominibus est quasi infinitum: benedicta fr-  
providentia tua, à qua illud prouenit; &  
tua omnipotentia, per quam aded præcla-  
ra efficis. Voca Dômine, sancta vocatio-  
ne tua omnes homines, quos condidisti, vt  
omnes ingrediantur ciuitatem Ecclesiæ  
tuz, & ascendant ad culmen perfe-  
ctionis Christianæ, & postea ad  
arcem æternæ tuæ glo-  
riæ. Amen.

(::)

